

Occasionalia VI-181
potissimum carmina
vol. F. 21. ~~21~~

Centur. ~~21~~ quing.

VI-181.

Ung VI 181



Q. D. B. V.

**HONORES
MAGISTERIALIS DIGNITATIS
AUSPICATISSIMOS**

Nobilissimo, Clarissimo, Doctissimoque

**DN. GOTTLIEB
JANO,**

**Leisn. Misnic., SS. Theol. Cultori
indefesso,**

III. Cal. Mai. A. O. R. cō Is CCIV.

IN

BRABEVTERIO SAPIENTUM

ritu solemniterque

collatos,

IPSO SOLEMNIUM DIE

votivo applausu prosequi

voluit,

Amicus et Contubernalis,


JOANNES CHRISTIANUS SCHALIUS,

Belzig Saxo. SS. Theol. et Phil. Stud.



VITTEMBERGAE, TYPIS CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYP.





Uper in ornato requiescens languidus
horto,
Mente volutabam nomen, *Amice*,
tuum.
Tantis perque fui toto sub pectore laetus,
Dum placidus clausit lumina fessa sopor.
Fronde super tenui hinc recubanti Somnifer ille
Accelerans fecit somnia grata mihi.
Aemoniae subito pandit Peneia Tempe,
Quae magis Elyfio dulcia sunt placido.
Namque ego delicias conspexi hinc indefluentes;
Aonidum illecebras; gaudia Naiadum.
Mox oculus lustrat turgentem sanguine Enipeum,
Mox virides frondes, Castalidumque choros.
Castalidum choreas, plausum cum dulcibus odis,
Mirabar valde, jam stupefactus eram.
Corpore curvato post grata roseta resedi,
Eminus aspiciens quem mea Musa colit.

Ille

Ille latus lateri junctum decoratus habebat,
Tangentis Musae dulcia fila lyrae.
Palladis alba manus textam dedit huic corollam,
Obtulit et nato s'avaria blanda suo,
Pierides dulces celebrabant agmine facto
Motibus hunc circum compositisque chorum.
Hæc ubi conspexi, me invasit moeror acerbus,
Ingemui, cur melinquois, Amice, tuum?
Eben quid mittis miseram miserum me in eremum,
Optima pars cordis dimidiumque mei!
Tu quonquam vites jam jam splendore corusco,
Attamen est sine Te vita molesta mihi.
Flebilis assiduus planctus penetravit ad auras,
Moconidum et tetigit superiora domus.
Hinc moderans gemitum lustrabam Chloridos
arva,
Quæ natura potens fecerat arte nova;
Accedo propius, Musamque propinquas adoro
Florilegam, cui mox talia verba dedi:
Musa mihi memora, quare subducitur ille,
Ille, cui nunquam non bene corde volo?
Iam plane attonitus Musae responsa ferebam.
Non sane fas est talia verba loqui;
Non rapimus dilecte tuum; sed fidus Achates,
Quo fuerat quondam, pectore junctus erit.

Cingi-

Cingitur a Musis tantum ipsi festa corona
Virtuti ut maneat lausque decusque suum.
Ulterius Charitum quam inveni, verba volebat
Fundere, sed subito clamat acuta chelys;
Auditurque loquens festiva voce Minerva:
Nunc Heliconiades plaudite Pierides.
Hinc Musa haec cursu celeri festinat ad agmen,
Quod *soboli doctae* carmina grata canit:
Concinnant omnes, plausus ferit aetheris aulam,
Et sanctus Pindus plenus ubique sono est.
Visus et ipse mihi laetis applaudere votis,
Me licet obrueret dulcis et alta quies.
Cum vero Morpheus, formarum pictor inanis,
Cederet et subito vana figura fugit.
At quid nunc? Dico Te, terque quaterque beatum;
Sis felix! repeto, congeminoque sonum.
Nam vere cingunt Te Pindi Numina docta,
Et laurum viridem dant Tibi, JANE, Deae.
Efferor hoc viso, quod sic praelusit honores,
Qui Te jam decorant, accumulanteque decus.
Ergo sis felix! Aliique sequantur honores
Applaudant Musae! *Det bona quaeque Deus!*



Ung. VI 181

1018

V517



Q. D. B. V.
HONORES
MAGISTERIALIS DIGNITATIS
AUSPICATISSIMOS

Nobilissimo, Clarissimo, Doctissimoque

DN. GOTTLIEB
JAN

Leisn. Misnic., SS

indef

III. Cal. Mai. A. O.
IN

BRABEVTERIO

ritu solem

colla

IPSO SOLEM

votivo applau

volu

Amicus et Co

JOANNES CHRISTI

Belzig. Saxo. SS. T



VITEMBERGAE, TYPIS CHRISTI

